

12. 54  
Salve plurimum mi patre patris instar  
observande

Esset de quo tibi ac mihi gratularer et grati-  
as Deo agerem, si te prospera valetudine adhuc  
uti audirem. Nos gratia Deo optime valemus  
sed non Hagâ: in Zelandiam cum matre  
concessimus, veniam scilicet. Vbi appulimus  
octavo Julij circa vesperam, postquam pridie  
tertia pomeridianâ Hagâ discesseramus, suscep-  
ti in ardes avunculi, consulis, Jacobi Campe.  
Ceterum venit non omnino otiosi sumus, pergi-  
mus strenuè in studijs nostris, imprimis in collo-  
quijs Erasmi, et in Janus Linguarum, quâ in

237)

linguam vernaculam vertimus, versa secundum  
regulas grammaticas resolvimus, phrases et sen-  
tentias notabiliores exerpimus, easque memoriæ man-  
damus: curatiores historias ad mensam recitamus,  
et quidem alternatim, modo Latino modo Gallico  
sermone: Thema quotidie scribimus, distichon  
unum atque alterum ex Catone, vocabula  
ex Junio, verborum formationes ex Grammatica  
Vossij, (ad cuius partem ultimam, absolutis tribus  
prioribus, me iam accingo) fundamenta religio-  
nis ex catechesi gallica, et quod ultimum est,  
sermonem latinum ex assidua præceptoris mo-  
nita, loquere latine, addiscimus. Hæc, mi-

patruæ, est militia nostra, quam in Musarum  
castris, quæ veni iam metati sumus, militamur  
in qua si quiddam aliter disponenda, quiddam  
omittenda, alia vero addenda iudicaveris,  
ea, sat scio, patruus tuus affectus mihi  
lubentissimè communicabit. Hisce te  
protectioni Divina, meque patruus  
tuo, verè paterno amoris ac favori, quam  
possum diligentissimè, commendo. Saluta  
te avunculi mei Jacobus et Petrus Cam  
pe, mater, soror, frater Mauritius, et iux  
ta cum his ego, ac preceptor meus Johan  
Lampe impensissimè. Dabam verid. 13. Julij.

Domini patruis observantissi  
mus nepos

Christianus Huygens.

ao, 1645

A monsieur  
Mons. De Sulichem  
Secretaire De son  
Altesse, le Prince D'orange  
port. A l'Armee.